



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De cessatione à diuinis cap. 56.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

violans locū interdictum peccet tantum venialiter. Sunt aliqui casus in quibus ipso iure incurritur interdictum sed nunc ferē nullus tenetur illud seruare nisi post denunciationem. Absoluit ab interdicto qui tulit si est ab homine nō si est à iure & reseruatū est alicui, ille ab eo absoluit cui reseruatū est, vel superior. Quod si non est reseruatū, cessante causa ob quod latū est, potest tolli ab ordinario, secus à solo Papa.

De Cessatione à diuinis Cap. 56.

**H**æc cessatio non reperitur in iure, sed tantum ab homine superiore imponi permititur propter aliquod granum peccatum, uti est quod cōmittitur contra Ecclesiæ immunitatē. Tempore Cessationis, nulli, ac nullib[us] sacrū celebrare licet nisi secreto semel in hebdomada, sicut tempore Interdicti fiebat ante Bonifaciū

Octauum. Vnde Cessatio à diuinis  
nil est aliud, quām speciale Inter-  
dicti genus, non est tamen censu-  
ræ, sed tantum quedam obmissio  
diuinorum officiorum, quare nee  
propter illius violationem incur-  
ritur irregularitas.

*De Irregularitate quid sit, &  
quotuplex. Cap. 57.*

**I**Regularitas est \*canonica in-  
habilitas ordines suscipiendi,  
aut susceptos exercendi à solo  
iure proueniēs. Si irregularitas est  
ante ordinū susceptionē, hominē  
ineptum reddit ad suscipiendū, si  
vero post, reddit inhabilem, ad eo-  
rum exercitium. Dicitur inhabili-  
tas canonica, respectu illius, qua-  
est de iure diuino ut in infideli, &  
fœmina, ex S. Bonavent. & Dur.  
quarto dist. 25. Irregularitas du-  
plex, vna ex defectu, altera ex deli-  
cto, prior ablato defectu sæpe tol-  
litur, at posterior manet, etiam

ablato